



**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris  
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis  
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

**Visconti, Giuseppe**

**Parisii, 1618**

Cap. 29. Ministri vestes, atque habitus oftenduntur: ibique breuister de  
ieiunij baptismo præmittendi, & ad Orientem solem spectandi  
consuetudine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](#)

Ministri vestes, atque habitus ostenduntur; ibi  
breuiter de iesuꝝ baptismo primitendi, &  
orientem solem spectandi consuetudine.

## C A P. XXVIII.

**M**inistri autem habitus, seu vestes, quae in baptismo solenniori adhibeantur cum à Theodoreto lib. 2. histor. Eccles. cap. 2. indicatae sunt; ubi ait: *cū laudatissimus R. & Constantinus in honorem Hierosolymitana Ecclesie dedit Macario Episcopo in Urbe illa vestem sacram, & induitus ministerio sacri baptismatis fungeretur (haec fuerit preciosa, contexta auro)* Vendidisse illam Cyrilum memorabant; tūm à Beroldo diligenter explicatae: quas hic subiicere, animus est nunc (inquit de Sabb. sanct.) Magister scholarum precedit cum pueris suis cantando antiphonam ut que ad regias baptismalis Ecclesiae, & ibi extra Ecclesiam Archiepiscopus exxit stolam, & planetam & induit se paludamento baptismali, & praesertim manutergio cum cingulo, nexus veniente in fistola latere in similitudinem ensis, & similiter nexus sandaliorum facit iuxta calcaneum in similitudinem calcarium, habens mitram in capite, ut ostendatur, quod sit rex, & Pontifex, & sic incedit a fontes, &c. Poterit autem ex his lector colligere, cum omne vestimentorum genus ex iis finitur, quibus Episcopi solennibus sacris operantes utuntur, tum sigillatim quanam essent quibus ego alia addere supersedeo, contentus.

ur; ibi  
di. & ad  
dine.  
  
stes, qu  
beant  
l. cap.  
R. & C.  
efie dell  
scram, qu  
retur be  
diffe illa  
iligen  
imus el  
scholaran  
onam v  
extra E  
planetan  
pracing  
te infor  
er neza  
militud  
, ut offe  
ncedit u  
collige  
x iis fusi  
operan  
i esse n  
contentu

iis, quæ ab Authore scripta sunt. Tria tamen admonere non desinam, primum est, ea, quæ de stola, extra Ecclesiam deposita, dicta sunt, ad illam consuetudinem pertinere, qua nostri sacerdotes, stolam violaceam exuentes, albi coloris aliam induunt. quod quando in Ecclesiam inuenientum fuerit, propter testimoniorum inopiam, affirmare non possum. Alterum mi-  
nistri vestes albi coloris fuisse; de quo apud albæ.

Ordinem Romanum cap. de sabb. fanc. legi-  
mus: *deinde presbyteri ingrediuntur in fontem in-  
tro in aquam, & baptizantur primo masculi, dein-  
de feminine. Tertium, easdem vestes cingulo ad. Vestes cin-  
strictas esse; quod declarant non modo Be-  
gulo ad. 1  
roldi verba, *præcinctus se manutergio cum cingulo,* lringeban-  
sed etiam aliquot de Bebiano versus apud Bar-  
nabam Brissonium ad L. Dominico de spe-  
ctacul. quorū incertus est author:*

*Credit oranti, & sitientem flumina vita*

*Præcinctus puro perfudit Episcopus amni.*

Sed priusquam à ministro discedamus, neces-  
sario adiiciendum est, eum, nascentis, & ad-  
ultæ iam Ecclesiæ temporibus iejunum exti-  
tisse, quod etiæ in dubium vocari non potest,  
(baptismi enim dignitas, & superiorum tem-  
porum religio ita postulare videbatur) tamen,  
ut fidè mea oratio inueniat, authoritates quo-  
que, cur hoc ita sit, afferendas puto. he quidem  
ex Conciliis duobus gravissimis, sanctissimis-  
que petuntur, Parisiensi, & Meldensi, quo-  
rum alterum lib. I. cap. 33. vehementer eos ar-  
guit, qui cibo, & potionē, fame, sitiq; depulsa  
fideles ad spiritualē luctam inungebāt atq; vt

Minister  
baptismi  
ieiuniū.  
  
Cōciliorū  
Parisienſi,  
& Melden-  
ſi authori-  
tas.

eam consuetudinem facilius aboleret, eam  
qui baptismalia sacra impertiebant, exen-  
plum ante oculos proponit his verbis: su-  
enim baptismus, excepta præmissa causa infir-  
rum, non nisi à ieunis celebratur sacerdotibus,  
etiam traditio spiritus sancti, excepta præmissa ca-  
usa infirmorum, non nisi à ieunis celebranda est po-  
tificibus, alterum vero etiam simili argumento

Confirmatio vsum est; quemadmodum ex eius verbis, quae  
extant apud Gratianum de consecrat. dist.

intelligere possumus: Episcopi, inquit, non

ieuni per impositionem manuum spiritum sanctum

tradant, exceptis infirmis, & morte periclitantibus

sicut autem duobus temporibus, pascha videlicet

& Pentecoste, à ieunis celebrari debet baptismus

ita etiam traditionem spiritus sancti a ieunis po-

tificibus conuenit celebrari. Nec vero quicquam

liud afferri potest, quamobrem ea, qua dicta

veritati minus conueniant, nisi quod difficiliter

videtur, hominem, cum hora nona bap-

tismum celebrare, mos esset, tandem à cit-

Baptismus abstinere verum huic facile responsum efficitur

hora nona iis, quæ infra libro quarto dicentur, cum

celebrabatur.

<sup>a</sup> Cap. 14.

ieunio eorum, qui ad baptismi fontem accedebant, disputabimus. nam si infantes inde

diam tolerare valuerunt, multo magis inno-

strum adulturn potuisse, credendum est. Cu-

igitur aliqua loca occurruunt, quæ Episco-

pus, vel alium, capto cibo, baptismi sacra-

mentum administrasse, testentur: ea de mori-

bus periculo, vel grauiori necessitate inter-

pretabere: sicut Concilia Parisiense & Mo-

dense mox allata docuerunt. nam dubium

min tem

non est, quin olim, propter salutem eorum, qui baptismus  
gravi morbo affe<sup>c</sup>tati, exigua in spe anima<sup>m</sup> trahe-  
bant, à quo cunque etiā nō ieunio baptismus  
celebrari potuerit. Sicut postmodum eadem  
die causa factum est, ut ieunium in ministro ministriatus  
nunquam requireretur: ne nimis homini ieunium  
ad salutem quiquam decesset: præsertim cum in ministro  
parvolorum baptismus in frequenti vsu esse in-  
cur, & quā-  
ciperet: qui veteris consuetudinis abolenda  
causa, & initium fuit. Non præteribo etiam  
admonere, moris fuisse apud veteres, ut mini-  
ster ad Orientē solem spectaret, quod à Berol-  
do quidem aperte traditum est in cæremonia.  
Ms. de sabb. lanc. vbi inquit: statim Archiepis-  
copus vadit ad alteram partem fontium, id est, ad  
Orientem, & duo Cardinales, id est, minor presbyter,  
& minor diaconus intrant fontes, &c. multisque  
huius generis ritibus confirmari potest, sicut  
cum, baptisteria versus eandem regionem  
redificata, & sacram fidei professionem edi-  
solitam esse, suo loco & dicemus, & dixi-  
mus.

---

*De suscepitorum nominibus, origine, ac usu.*

CAP. XXX.

**Q** Vi è sacro fonte baptismi candidatos Cōpatres,  
fuscipliunt, eos veteres Patres multis no- & cur ita  
minibus vocare. S. Augustinus serm. 116. de dicti.  
temp. & Concilium I. Moguntinum compatres  
appellarunt, quasi simul patres: quo modo  
M